

τοιούτοις ταῦταις πλευράς ποιεῖ. Βιβλ. Ι. 103 εἰς τηνεπικήν την Λίστα μεταξύ  
της ΕΠΙ. 117. (την ΗΙΑΖΖΖ την πλευράν ποιεῖται πάντα) περιφέλα ρόπον την ποιεῖσθαι  
πλευράν της 250. Βιβλ. Κανέλια ποιεῖσθαι την πλευράν την ποιεῖσθαι πλευράν  
ποιεῖσθαι την πλευράν της ποιεῖσθαι την πλευράν την ποιεῖσθαι πλευράν την ποιεῖσθαι

C. XXXVIII. v. 127. *χαράσσων*. Vox Hesiodea cum recentioribus tum Nonno in deliciis est. Apud Hesiodum significat exacuere, velut ἔγγ. κ. Ημ. 385. *χαρασσό-*  
*μένον* σιδήρου. Atque Nonnus I. 220. (Luna pugnans cum Typhoeo) ἐχάρασε φαεσφόρα  
κύκλα ταυρείης περιάης. XV. 29. περάντ (tauri) πεχαφαγμένων ἀκρου ἐρύσσας. Hesych.  
*χαράξαι* explicat κόψαι, κοιλάναι, τυπῶσαι. Eustath. ad II. VI. 169. καὶ τὸ γράφειν,  
οὗτο καὶ τὸ χαράσσειν ἐξ δινοματοποίας παρειχθεῖσαι δοκεῖ εἰπεῖ σημασίας ὅμοιας, διὰ  
καὶ τὸ κείνων τόδε μὴ χαράσσουν (Eurip. Med. 158, sed vid. Schol.) ἀντὶ τοῦ μὴ ἐπί-  
γραφεις ἐρμηνεύσονται οἱ παλαιοί. Quod si apud Euripidem χαράσσειν idem fere  
sonat, quod δηγίζεσθαι, dictum est, ut latine acui vel exacui, quod idem ad hanc  
animi affectionem transferri constat. Hoc verbi χαράσσειν usu Nonnus, quod ego  
sciam, prorsus abstinuit. Sed quo facilius, quam apud eum hoc vocabulum vim ha-  
beat variam ac multiplicem, intelligatur, in afferendis locis ita versabor, ut copiam  
eorum ad hanc ipsam significationis varietatem digeram ac componam.

Primum igitur est inscribere, incidere, exarare, velut II. 627. μοτάτιον  
δὲ σὸν πεντέσην παρὰ τύμβου τοῦτο χαράξω. XLVI. 317. μιστέρῳ δ' εἰπεῖ σῆματι τοῦτο  
χαράξω. XI. 471. ἀμφὶ δὲ τύμβῳ γράμματοι πεντάλεοισιν ἐπος πεχαφαγμένον ἔστω.  
Itaque literis consignare, scribere: M. Ev. Joh. T. 139. δὲ τάδε πάντα χάραξ. Φ. 141.  
δύσσα καὶ ἐν στοιχηδόνι ἀνήρ βροτός αἱ κε χαράξῃ. XXV. 10. μοινήτη χαράξω.  
XV. 359. κεισὶ ..... χάραξον ἐπος πειθάδι μῆτρῃ. XII. 67. γράμματα μῆτρῃ πεχα-  
φαγμένα. Adde XII. 107. XLI. 352. XXI. 303. M. Ev. Joh. H. 160. B. 89. M. 73.  
Θ. 22. (conf. Lycophr. Alex. 1172. Luc. Amor. XLVII. init.) Κ. 123. XXI. 273. πίνακος  
κενεῶντα χαράξας. πίνακος pro σόλκεος Cunaeus (animadv. p. 134.) dedit de conjectura.  
poeta enim, inquit, regem dicit literas dedisse in tabulis exaratas. In animo habuit  
Nonnus Homeri verba (II. VI. 168 sqq.). VI. 19. γραμμῆσι χαράσσων κνανέτην ἐνε-  
πασσεις κόνιν περὶ νώτα τραπέζης: est hic pulvis eruditus, quo abacus conspersus erat.  
Pers. Sat. I. 134: Nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas scit risisse cet.  
Vid. Heinr. ad Juven. Sat. III. 203. Cic. de nat. Deor. II. 18. Inde IV. 268. κειδὸς  
διποδοπόρου χαράγματα λοξὰ χαράσσουν ἐγράφειν ἀγκύλα κύκλα. M. Ev. Ioh. T. 108.  
de elegio in summa cruce perscripto: τὴν δὲ μῆτρας παλάμης πορφῷ πεχαφαγμένον ὀλκῷ  
Αὔσονή γλώσσῃ cet. IV. 274. δαίδαλα (hieroglyphica fuisse Köhler opinatur com-  
ment. de Dionys. p. 9.) βαθυτομένῳ πεχαφαγμένᾳ τοίχῳ, inscripta vel insculpta.  
conf. XLI. 371. — XII. 247. αἴλινα σοὶς πετάλοισι χαράσσεται. adde eod. libr. 225.  
XLVIII. 618. (conf. Theocr. Id. X. 28. Ovid. Met. X. 214: non satis hoc Phoebo est.  
Ipse suos gemitus foliis inscrit: et ai ai Flos habet inscriptum funestaque litera ducta  
est. ad quem locum vid. annot. Gierigii.) Deinde χαράσσειν est describere, de-  
pingere seu imitando exprimere, V. 103. καὶ παλάμας ἐλέλιξε Πολυμνία .....  
ματηλὴν δ' ἐχάραξεν ἀναυδέος εἰκόνα φωνῆς. XIX. 198. σιγὴν ποικιλόμυθον κεισὶ χα-

ράσσων. conf. Cun. animadv. p. 130. V. 527. ὅφεια χαράξῃ ζωότυπος ἐμὲν εἶδος ἀπ' αὐχένος εἰς πόδας ἀχρους. (conf. Pausan. Boeotic. ep. XXXVIII. 4.) XII. 105. παραγείτονι τούχῳ ποιητῷ κεχάρακτο τύπῳ Γανυμήδεος εἰκὼν. XXV. 552. καὶ Κυβέλη κεχάρακτο νεητόκος (in scuto sc. Bacchi) atque hoc ipso loco, ad quem haec congerimus, προσοῦται κεχάρακτο τύπος χροός. de vi plusquamperfecti vid. Lehrs. quaestt. epic. p. 292.

Ad hanc verbi χαράσσειν significationem proxime accedunt loci, quibus valet significare vel distinguere, velut III. 56. ἀλλ' ὅτε .... ἄκρα χαρασσομένην ὑπὸ διαγέδεια .... "Ιδης φάνη Ἡώς. XXVII. 50. Αἰδεῖα Γαῖα λόχευσσε χροῶν κεχαραγμένου ἀστρων i. e. signatum sive distinctum sideribus. conf. XXV. 389. XXXVIII. 311. XL. 385; σεῖο (Solem dicit) δὲ λαμπομένου φαστερού οὐκέτι λάμπων ποικίλος εὑφασσεῖν χαράσσεται ἀστράσι λειμών. Non Noctis vestem stellatam, sed ipsum coelum intelligi malim. (vid. Jacobs ad Achill. Tat. lib. I. ep. 16. p. 478.) XLI. 298. in opere textorio: ἀλιφὶ δὲ γαίῃ οὐρανὸν εὐφαίρωσε τύπῳ κεχαραγμένου ἀστρων. XIV. 239. στικτὸν διώρηκα, τύπον κεχαραγμένου ἀστρων. conf. IX. 186. Εὔσιος ..... δαιδαλέην ἐλάφοιο φέρων ὄμοιοι καλύπτονται, αἰδεῖαν μητὸν ἔχων τύπον αἵδονται ἀστρων. pellem himnuli maculis distinctam dicit. Vid. Schoen. de pers. in Eur. Bacch. h. scen. comment. p. 88. XXXI. 226. Ἀργος, custos ille Ius, ἀγρύπνοις κεχαραγμένος διπλαῖς dicitur. Ovid. Met. I. 625: centum luminibus cinctum caput Argus habebat: aliis erat πανόπτης: de quo epitheto vid. Schol. ad Hom. II. II. 103. M. Ev. Ioh. I. 32. μέσην ἔχάραξε διπλαῖς et 76. διπλαῖς οὖς ἔχάραξεν, πηλῷ scil.

Inde de prima lanugine X. 180. ὁβρὸς Ἰούλος ..... ἔχαράσσετο κύκλα παρεῖης. V. 404. ιούλων ἀνθεῖ κεχαραγμένον ἀνθεσθῶν. conf. Christod. Ecphr. 212. 278. Ovid. Met. XIII. 756. signarat dubia teneras lanugine malas. vid. Jacobs ad Rufin. Epigr. II. v. 6. — Tum vero Nonnus ἀστυ χαράσσειν dixit, i. e. ambitum urbis designare. Virg. Aen. I. 425: post optare locum tecto et concludere sulco. V. 755. Interea Aeneas urbem designat aratro. Confer. Varro de ling. I. I. IV. p. 40 ed. Bipont. Fest. s. v. urvat. XLI. 271. μενέαντεν ἀστυ χαράξαι (vid. Gron. Diatrib. in Stat. Silv. tom. II. p. 149. ed. Lips.) Adde III. 191. V. 64. XVIII. 294. ad quem locum Cunaeus (animadv. p. 57) infeliciter, inquit, conatus est in Graecis γραμμάζειν.

Inde χαράσσειν est, secare, sulcare, proscindere. VII. 83. γαῖα χαρασσομένη ..... σιδῆω, vomere scil. V. 52. πολυσχιδέων δὲ κελεύσων ἔδραντα καρχαρόδοντες ποιῶν κεχάρακτο σιδῆω. Tum transfertur ad aquam, ut apud poetas latinos se care vel sulcare. Virgil Aen. IX. 103: Nereia Doto et Galatea secant spumantem pectore pontum. V. 158. et longa suleant vada salsa carina. Ovid. ep. ex Ponto I. 4. 35. nos fragili vastum ligno sulcavimus aequor. Vid. Herm. ad Orph. Argon. v. 374. p. 815. Jacobs ad Agath. Epigr. LXVII. 2. Eodem modo Nonnus multis locis. XXVI. 180. ὄλκαις δαλάσσαι νῦτα χαράσσων. LX. 466. δουφατέω κενεῶντι χαράξατε νῦτα δαλάσσοντες. II. 13. οὐκέτι, κύμα χαράσσων, νῦδω λεύκαντιν ἐρετροῖς. (conf. Virg. Aen. I. 35. spumas salis aere ruebant). item III. 46. M. Ev. Ioh. Z. 72. (confr. Herm. ad Orph. Arg. v. 706.) I. 54. ταύρου πλατός δύνεις ἔχαραξε ..... ἀψοφον ὕδωρ. adde XXIII. 127. XXVI. 238. XLI. 114. νηχομένη ἀνέκοπτε χαρασσομένην ἀλλα ταραχή. conf. X. 170. XLIII. 200. τριχαδίῃ γλωχῖν δαλάσσαι νῦτα χαράττων: quam formam verbi

atticam cur Graefius hoc uno loco servarit, non intelligo. XXIII. 141. ξείνην μαυτο-  
λίην φευδήμουν νη̄ χαράσσων (de miro traiiciendi fluminis artificio.) XX. 157. Ταυ-  
ταλίδης (Pelops) ἵππήλατον οῖδια χαράσσων.

Inde signare imprimendo vestigia alicuius rei; velut I. 96. μὴ διὰ πόν-  
του χαράσσεται ὀλκὸς ἀμάξης. X. 404. ἐκ δαπέδου δὲ ἀκρα χαρασσομένῳ (de solo  
leviter percusso pedibus.) μετάρσουν ἔχνος ἀείδας: quod recte Graefius pro ἔστισας  
scribi iussit. V. 236. δεδάηκε ψέφῳ φαλάδοιο ..... Σηρᾶν πρώτον ἀτρίπτῳ (vulgata est  
ἀτρέπτῳ, pro qua Scalig. repom̄ iussit ἀτρίπτῳ. ἀτρίπτῳ Graef. Vid. Anthol. Palat.  
VII. nr. 409. p. 317.) κεκαραγμένον ἔχνος ἀρσύῃ. Conf. XXXVII. 368. κεκόνιστο  
πέδῳ κεκαραγμένος ἀγνῶν, i. e. nisi fallor, cubitus solo attritus. Nonnus imitatus  
est Hom. II. XXIII. 395. sq. ἀγνῶνάς τε περιδρύθη cet. XLIII. 28. Σηγαλέω χρονὸς  
ἀκρα λέων ἐχαράξατο ταρσῷ. adde XLVII. 240. Imprimis de dentibus impressis. V.  
329. ἐχάραξαν (κύνες) ἐπιμόνιον ὁδόντων. (conf. Ovid. Metam. III. 236.: cetera turba  
coit confertque in corpore dentes. Tryph. v. 73. et Wernick. ad h. l. Hor. C. I.  
13. 12.) IV. 361. τὸν δὲ δαφοινήντι τυχῶν ἐχάραξεν ὁδόντι. (conf. Ovid. Metam. III.  
48. Apollod. III. 4,1.) XXV. 463. ὅγια πουλυόδοντι παρηῆδος ἀκρα χαράξας. Itaque  
omnino lacerare, laedere, vulnerare, velut V. 376. πινθάλεοις ὀνύχεσσοι  
ἔας ἐχάραξε παρειάς. adde XXXIII. 13. XVIII. 333. XXIV. 182. XVI. 352. XXXVII.  
412. II. 300. ἥπατος αὐτοφύτοιο χαρασσομένῳ. (Promethei iecur renascens ab aquila  
dilaniatum esse ait.) — XXII. 246. XXIX. 77. χαράσσετο μηρός διστῷ. XVIII. 184.  
λέων ..... γυναικας αἰμάσσων ὀνύχεσσι, χαρασσομένων δὲ γυναικῶν cet. Conf.  
XIV. 379. IV. 369. 446. (ἄλλοι βαλῶν ἐχαράξατο πέτρων.) XXXIX. 305. XXII. 292.  
(ubi recte pro χαράξει et Falkenburgii χαράσσου Hermann. χαράξῃ restituit.) XIV.  
385. XXXIV. 288. XXII. 235: quo loco pro κεκύλιστο Graefius dubitanter suadet  
legendum ἐλέλιπτο.) XXIX. 314. XXXII. 272. μιαζὸν κεκαραγμένος (recte enim ita  
Graefius pro κεκαραγμένον scripsit) ἀκρον ἀκυκῆ. Huc referenda fortasse etiam illa:  
XVII. 367. ἄλλῳ κειδιᾳ πέλλασσε καὶ ἔλκεα ἀκρα χαράξας, ἵψε φριμακόντι σεσηπτότα  
τάμνει μαχαίρῃ. (conf. Hom. II. XI. 844.) Inde χαράσσειν est fodere, pungere  
velut aculeis, stimulis. XXXVI. 372. ἥνιοχος ἐν ἐλέλιξεν ἱμιδόσλην, κέντροις δέξυτέροις  
οὖν ἀπειδέα νῦτα (ἐλέφαντος) χαράσσων. XXXVII. 380. ταμεσίχοις κέντρῳ σῶν ὁρῶν  
ῳκτειρα δέμιας κεκαραγμένον ἔπιπον. Conf. XXI. 79. IV. 343. XLII. 177. βοῦν μύων  
ἐχαράσσετο κέντρῳ. adde XI. 192. — XXV. 454. Τύλον λοβόλη κεκαραγμένον δέξῃ  
πότμῳ: est enim a draconē oppressus. II. 54. αὐχένα ἐνγύῳ δεσμῷ κεκαραγμένοι  
(collum ingo attritum). XLII. 22. Σερμόν ἀναψύχων κεκαραγμ. αὐχένα Σηρᾶν, de pan-  
theris loquitur currui Bacchi iunctis. — Praeterea χαράσσειν est stringere: XXXVII.  
206. οὐποτε τέρμα χάρασσεν. 245. δε χαράξαι ἀγχιφανή μενέαντεν διπότερον ἥμιο-  
κῆ. Denique χαράσσειν licet explicare scindere, discindere sive discutere his  
locis: II. 194. κυβιστητῇ δὲ παλμῷ πυκνᾷ διαίσσουσα χαρασσομένων οὐφελάνων ἀστε-  
ροπή σκιάτησεν. XVIII. 167. ὅρθρος ὃδεοις ἀμαρύγμασιν ἐχάραξεν ὀμίχλην. XXXVII.  
88. ὅρθρος ἐρευνητῶν ἀμαρύσσετο νῦκτα χαράσσων. Est ὅρθρος tempus gallicinii, sed  
posthac cum diluculi tempore saepe confusum. M. Ev. Joh. Z. 85. ὅρθρος ἐχάραξεν  
οὐμίχλην. XXII. 136. ἄλλο δὲ χιονόπεξα, χαραξαμένη ζόφου, Ἡώς ὅρθρον ἀμεργομένη

πορφυρετο πέτρη. Insolentius dictum est: XLV. 126. καὶ χροῖ δύσκατο πέπλα, φαίνεται κυκλάδος τοῦ, ὅπει χαρασσομένης, Τυρή πεπαλαγμένα κόχλω: sententia verborum est plana: vestem murice tinctam aurora modo surgente splendidiorem ait fuisse: sed χαρασσομένης tam nude positum aliquid habet offensionis.

Tύπος vox non homerica, qua Nonnus admodum delectatus est; qui utrum in frequentanda hac voce novi testamenti, id quod Cunaeus opinatus est (animadvers. p. 8), an recentiorum scriptorum auctoritatem — quamquam nec in veterum tragicorum fabulis desunt, quae Nonnum imitatum esse haud iniuria dicas — secutus sit, mihi non liquet. Est autem τύπος forma, figura, species adumbrata, simulacrum, nota ad exemplum aliquod expressa. Τύπον et τύπῳ multis locis valent fere id, quod instar, more modoque. Atque hoc ipso loco προοχοῖς κεχάρατο τύπος χροῖ i. e. forma corporis sive imago unda tanquam speculo reddebat. XLVIII. 585. εἰς τύπον αὐτοτέλεστον ἴδων μορφουμένου ὕδωρ. poeta loquitur de Narciso, qui suam ipsius imaginem ex aqua relucentem conspicatus, visae correptus imagine formae spem sine corpore amat: corpus putat esse, quod umbra est (Ovid. Metam. III. 416 sq.). XLI. 63. οὐ τύπον ἀγγιου εἶχον Ἐρεχθίος et 59. Κέρυκος οὐ τύπον εἶχον i. e. forma corporis similes non erant Erechtheo, Cecropi. I. 100. οὐ βοῖ χερσαῖς τύπον εἴκελον εἰνάλιος βοῦς ἐλλαχεν (conf. Opp. Halieut. I. 103. Ovid. Halieut. 94.) I. 26. εἰ δέμας λοιᾶστο τύπῳ συός: quo loco Cunaeus Nonnum exagitat, quod τύπῳ συός pro συὶ dixerit: esse enim τύπον συός non aprum, sed simile quid apri. At τύπος est typus sive figura seu forma: id intelligi voluit Nonnus. potuit brevior esse: nec tamen est, cur hoc nomine acerbius reprehendatur. IV. 71. τύπον οὐρανίον μεταλλάξασα προσώπου Πισινόη δέμας ἵσου εἰσκετο. i. e. divina forma exuta induit faciem Pisinoe similem. De hoc poetae commento vid. Köhler. comment. de Dionys. p. 9. XXVI. 310. elephas τύπον εὐρυμέτωπον ἔχιδναίοις καρύνου εἶλε: sic Graefius quidem: libr. edd. εἶχε. (conf. Opp. Cyneg. II. 519. 523.) XXXII. 107. Ἐρευνὺς .... ἀλλοτε Σηρείοι τύπον φαίνουσα προσώπου cet. VII. 153. κερόσεντι τύπῳ μορφουμένος ἀνήρ .... βλάστησεν κερασφόρον. Dionysum dicit. V. 529. βροτέοι τύπον τεύξει προσώπου. XLIII. 231. Πρωτεύς γάρ μελέσσοι τύπον μιμηλὸν ὑφαίνων πόρδαλις ἔην ἐστίσατο μορφήν i. e. Proteus fallacem induit pantherae formam (Hom. Odyss. IV. 457. πόρδαλις .... ἐγένετο). XLVI. 329. οὐκ ἀλλοῖον ἴδεις τύπον νίσος: non vidi filii corpus in aliam formam mutatum. XXIX. 169. σκίσεις τύπος ἀνέρος est umbra corporis. Omnino τύπος dicitur, quicquid formae similitudinem cum re aliqua habet. XXXII. 165. Ἀγης Μαδαίου (Indi) προμάχοι φέρων τύπον. XXXVII. 167. Φαῦνος, Circes filius, ἔχων τύπον ἡῆς γενέται τεκουσῆς, εἰς μέσον ἥλιον ἀγῶνος φέρων τετράζυγος ἐπους: nam Sol quadrigis vehitur. II. 375. ἦν κορυφουμένης στρατεῖς τύπος i. e. instructae aciei speciem praebuit. XXX. 24. οὐποτε τοῖον ὄπωπα μόδου τύπον i. e. tale genus pugnae. XXXVI. 265. ξεῖνον ἴδον καὶ ἀπιστον ἐγώ τύπον: novum quoddam et incredibile genus vidi; Lydias scil. Bacchi comites ait videri sibi alteram Amazonum gentem esse. XXVI. 342. Αἰθιόπες μετέποντο τύπον τεκνημάτων κάρυμης. Aethiopes enim proeliaturi detractas equinis capitibus pelles ad terrorem ac speciem inferendam suis capitibus imponunt. De re conf. Herodot. VII. 70. XXVIII. 193.

φέγγος ουρανίοι τύποι φέρουν, i. e. gestans simulacrum fulminis. XX. 351. αἰθεαίου πατάγοι τύποι βρονταῖον ὄχοις, i. e. tonitruš similem strepitum audiens. Adde XIV. 239. IX. 186.: quos locos supra attulimus. XL. 453. δουρατέου τοίχου πυκνόν τύπον: lignei muri eiusque densi similitudinem habent asseres navium statuminibus adaptati. XII. 158 et XVII. 75. νέκταρος οὐρανίου χρόνιον τύπον: quod nectar in coelo, in terris vinum est. Conf. XIV. 435. παπταῖνω τύπον αἰθέρος, vinum dicit simile nectaris esse. XII. 334. τάφον ἐϋσταρύλοι τύπον ποιήσατο ληνοῦ, i. e. fos-sam pro torculari fecit (vid. Cunaeus animadvers. p. 110.). I. 458. φάτνης ἔτερης τελέσω τύπον. XII. 336. τεύχων .... τύπον ὄφης, Bacchum dicit thyrso ad demetendas uvas more falcis vinitoriae posthac adhibitae usum esse. XI. 174. τύπον ποίησε χαλινοῦ. XXXII. 78. θαλάμου ποιητὸς ἐη τύπος: thalamum e nubibus circumfusis effinxit. (conf. Hom. II. XIV. 344 sq.) VIII. 289. ἐθέλοντα .... Ηραίης τύπον εύτης. Semel le voluit Iovem ad suum concubitum venire talem, quem Iunoni se praestaret. XVI. 65. μᾶλλον ἦγε Δαναῆς ποθέων τύπον ύγρον ἔφωτον. i. e. Bacchus mavult se mutatum in auream pluviam, in quam Iupiter conversus ad Danaen pervenit. XLVIII. 874, σοὶς θαλάμοις τύπον ἵσον ἔδρακεν Αὔρη, i. e. Aura simili modo ac Nicaea a Baccho vitiata est. VIII. 300. ἀλλὰ τί μοι βοέον γάμου τύπος η τυφετοῦ. illi Iovis sunt cum Europa, hi eiusdem cum Danae concubitus. Usum vocis νυφετοῦ, cum aureus imber intelligatur, Cunaeus vehementer reprehendit animadvers. p. 48. XII. 71. Ἄργος (Ius custos) ἐς δύνεον τίδος ἀμείψει, φαιδρὸν ἔχων βλεφάρων τύπον αἴόλου. De Argo, cui nomen erat Πανόπτης, conf. Q. Smyrn. X. 191. Apollod. II. 1, 2, 3. Ovid. Metam. I. 720. sq. XXXIII. 295. εἰς γάμον ἱπποδαμεῖς ἀντίτυπον ποίησε τύπον τροχοειδές κηρῷ. τύπος ἀντίτυπος longe aliud sonat atque apud Herod. I. 67., ubi vid. annot. Wessel. Nonnus haec ipse explicat XX. 161. XXXVII. 341. μαμηλῷ τελέσας ἀπατήλαιον ἀξονα κηρῷ. conf. Schol. ad Apoll. Rhod. Argon. I. 752.: ἐμβαλόντα κήρων ἔμβολον ἐπὶ τοῦ ἀξοαξοίον cet. XXXVI. 36. sagittae scuto per orbem infixae comparantur gruum volatui: καὶ γεράνων μαμηλὸς ἐη τύπος ἡροφοίτης ἵπταμενων οτεφανῆδον ἀμοιβάντι τοὺς κυκλῶν. XLVIII. 489. Πανὸς ἦγε δυσερωτος ἔχω τύπον, i. e. similis sum Panos infelibus amoribus. XXVI. 177. ἀδεινήτῳ βοεὶ πλώσουσι τύπῳ τεχνήμονι νηῶν: ex scutis simulacrum quoddam navium ad traiicendum flumen affabré fecerunt. IV. 102. μέτιηματ ποτε τοῖον ἦγε τύπον: similem formam ac figuram me videre memini. conf. Eurip. Phoeniss. 430. Troad. 1066. VI. 23. τύπον ἄλλον ἔτευξεν. XXII. 147. Λύδιος ἀνὴρ χρυσόφαη Λυκίοι τύπον Γλαύκοι κομίζων. Nam Glauci auream fuisse loricam Homerus tradit II. VI. 236. XII. 105. παρὰ γείτονι τοίχῳ ποιητῷ κοχάρακτο τύπῳ Γανυμήδεος εἰκόνη: itaque imago Ganymedis arte depicta erat. M. Ev. Ioh. Γ. 73. ὅφιν — μεθέποντα δουρατέης τύπον ποιητὸν ἀκάνθης: narrat de serpentis imagine, quam Moses in desertis Arabiae fabricatus est. XXXVIII. 180. XLI. 346. ὀστέος ηώσι φέρων τύπον, i. e. imaginem. XXXVIII. 425. ἔχει τύπον ἡνιοχῆς: similis est aurigae. Eod. libr. v. 83. Mercurius portentum interpretatus Bacchum φέρων γεα soli, Indum propter fuscum corporis colorem nocti comparans: αἰθέρι γάρ, ait, τύπος οὗτος διοιός: dicit, nisi fallor, huiusmodi esse coelestia. M. Ev. Ioh. Ο. 72. (εἰ) ἐγκεκούμενη τύπον ἀνδρῶν ἥδος εἴχετε. (v. Scr. εἴλετε) κόσμου i. e. si tales essetis,

quales plerique homines solent esse. II. 505. τοῖος ἔφυ φλογόεις νεφέων τύπος, huiusmodi nubes sunt, ex quibus fulmina prorumpunt. XXV. 8. τελέσας τύπον μητρὸν Ὄμηρου. i. e. imitatus Homerum. XIII. 454. πολίτας ἐτρεφεν ἀστράπτοντας ἐπονθανίων τύπον ἀστρων. i. e. splendentes instar siderum. XVI. 280. δολόεις γάμος ἦν διερεύης τύπον εὐτῆς. XVIII. 253. ὄνυχες ἐδοκιμώσαντο τύπον γαμιψάνυχος ἀστης. XVII. 245. ἀνεγνάμφη δέ οἱ αὐχμῇ μολίβου τύπον. (conf. Hom. II. VIII. 259. al. loc.) XXXIX. 135. ἐμπραῦθη στόλος Ἰνδῶν εἰς λίνον ἔργομένων νεπόδων τύπον. conf. Hom. II. V. 487. Tryph. v. 674. sq. XLVI. 157. ὁρχηστῆρι τύπῳ κονφίζετο Πειθαές. XVIII. 244. σφιγγός τύπῳ βλοστυροῦ προσώπου. XXVI. 302. ἔχων ὁδόντας, ἀμητῆρι τύπῳ γαμιψάνυχος ἀστης. ἀμητῆρι τύπῳ dictum pro τύπῳ ἀμητείρας .... ἀστης. M. Ev. Ioh. T. 110. τύπος ἥλων, est nota sive vestigium clavorum: quod idem legitur in Evangelio Ioanneo. conf. Sophoc. Phil. 29. — Pluralis denique reperitur XVIII. 79. καὶ φολίδων στικτοῖσι τύποις ἀμάρυσσεν ὀφίτης. conf. Orph. Lith. 458. Erat nimis hic lapis maculis serpentis similibus distinctus. — Saepe τύπος et εἰκὼν pari gradu componuntur. XL. 416. ποικίλον εἴμα φέρων, τύπον αἰθέρος, εἰκόνα κόσμου. eod. libr. 351. ὡς πόλι πασιμέλουσα, τύπος χρονὸς, αἰθέρος εἰκὼν, συμφύσεος τρίπλευροι ἔχεις τελαιμῶνα θαλάσσης. de Tyro urbe in isthmo sita (conf. Movers Phoen. tom. II. I. p. 189. annot. I. et p. 230. sq.) poeta loquitur, de qua v. 423.: τίς δέος ἀστυ πόλεσσε τύπῳ χρονὸς, εἰκόνι νήσου. atque v. 312. τύπον λάχε (πόλις) τοῖον Ὀλύμπιον, οἷον ὑφαίνει ἀγχιτελῆς λείποντα μητὶ γλωκῖνι σελήνη: urbis dicit formam similitudinem lunae dimidia habuisse. XLIII. 128. πόλιος τελέσας ἴερὸν τύπον. ἴερον dedit Graefius ex coniect., sed se ait malle scriptum σταθερόν. ἥρον Falkenb.: vulgata est ἡ ἔρον: mihi unice ἴερον probatur. IV. 264. literas dicit γραπτὸν ἀσυγήτοι τύπον σιγῆς. eod. libr. v. 7. καὶ Ἀρεος πούρη ὄρδια διενέουσα δάκτυλα παλμῷ Ἀρμονίῃ ἐκάλεσσε τύπῳ τεχνήμοιν φωνῆς. de hac inani verborum copia vid. Cun. animadv. p. 43. Sententia est: tacita Harmoniam ad se venire iussit, non voce, sed digitorum gestu quid vellet significans. XIX. 204. οὐδὲ μὲν ἔγγαρε φωνήεντι τύπῳ τιτηνίδα φύτλην. non Titanum quemquam, sed Ganymedem saltavit. (conf. Cun. animadvers. p. 130.) V. 106. Πολύμηνα — φεγγομένη παλάμηρι σοφόν τύπον ἔμφρονι σιγῇ, ὅμιματα διενέουσα. M. Ev. Ioh. K. 94. ἔργα τάπερ τελέω — μάρτυρα τοῦτα πέλει καὶ φεγγεται ἔμφρονι σιγῇ δηητὸν μερόπεσι λάλον τύπον: quae facio, manifesta argumenta sunt et tacita ipsa loquuntur. XXXIV. 276, ἔφαμανέων γυναικῶν ιεύμισι ποιητοῖσι τύπον μητήσατο πούρη, ὅμιματα διενέουσα, Chalcomede annuendo oculis more amantium mulierum se simulavit amore Morrhei captam. M. Ev. Ioh. T. 124. μὴ σχίζουμεν .... τόνδε χειῶνα διέσκελον ἀμφιέποντα τύπον ἔκενον: erat enim haec vestis ἀρρέφος, ἐπ τῶν ἀνωδειν ὑφαντὸς δὲ ὅλου, ut Ioannes tradit, itaque forma eius nova quaedam et insolita. XL. 146. ὀτειλῆς τύπον ἄλλον ἔξεδρακον: aliud genus vulneris vidi. XXIV. 38. Ἀρήνη Γοργείων βλοστυρὸν μέμημα καργίνων φεγγομεινον λέβιν εὔρεν ὅμοιων γένεων τύπον αὐλῶν. Conf. Ezech. Spanhem. ad Call. hymn. in Dian. 244. et 245. Schol. ad Pind. Pyth. XII. v. 8.

χροός. χρώς, ut Lehrsius quaestt. epic. p. 193. sq. docet, nusquam apud veteres epicos *corpus*, sed *cute* significat nec usquam de corpore ponitur, nisi si super-

ficies eius potissimum vel pars quaedam summi corporis intelligatur. Galenus περὶ ἀγμῶν ὑπομνηματικὸν Τομ. XVIII. p. II. p. 435. ed. Kuhn. χρῶτα, inquit, καλοῦσσιν οἱ Ἰωνες δὴ τὸν σώματος ἡμῶν σαρκῶδες, ἐν ᾧ μάλιστα γένει τὸ δέρμα καὶ οἱ μύες εἰσίν, ἐφεξῆς δὲ οἱ μάλινες καὶ σπλάγχνα. Atque hanc vocabuli explicandi rationem auctoritate Homeri (Il. XIX. 33. Odyss. Il. 376.) firmatam vult. Pindarus (Pyth. I. 55.) cum dicit, Ποίαντος νίος ἀσθενεῖ χρῶτι βαίνων, haud dubie *corpus* intelligitur: a quo vocabuli usu tragici poetae non abhorruerunt quidem, sed plerumque vocem χρῶς ita usurparunt, ut aliquatenus propria eius vis eluceret. (conf. Eurip. Hecub. 402. Aeschyl. Prometh. sol. (reliqq. ed. Schütz. tom. V. p. 125. Ἡλος ἀεὶ χρῶτ' ἀδάνατον δεσμοῖς ὕδατος μαλακοῦ προχοᾶς ἀναπαύει.) Callimach. h. in Iovem 32. τόπῳ χρόᾳ φαιδρύνασσα, ubi cutem sive corporis superficiem abluit seu, q. id. est, ubi *corpus* purgavit. Nonnus vim huius vocabuli et ad Homeri et ad recentiorum usum accomodavit. XXXV. 195. χρόᾳ λοῦσσεν (conf. Eur. Alc. 160.). XLVIII. 121. χρόᾳ πεπαλαγμένον ἔλασι (conf. Soph. Antig. 246.). IX. 281. δλον χρόᾳ ἐχρωτεν Ἰνοῦς. X. 269. φύλτερον ἥβητηρος δλου χροός. VII. 265. καὶ χρόᾳ πάντα δόκειε. XLII. 64. χρόᾳ κούγης ἴδειν. XXV. 461. βροτέω ἐπὶ ..... χροῦ. (conf. Hesiod. Ἕρ. κ. ἥμ. 418. quo tamen loco Lehrsius huic voci vim suam ac propriam reddidit.) XI. 31. χροῦ φανίσσοντι. XXVI. 104. αὐλαίος ψαφαρῷ χροῦ. (cf. Eurip. Hec. 402. σὸν γέροντα χρῶτα ἔλκωσσα.) M. Ev. Ioh. Z. 137. πάνχα φαγεῖν ἐδέλαινι καθαρῷ χροῦ. XVI. 29. φαυών ..... ἐρατοῦ χροός (apud Eurip. Med. 1394. μαλακοῦ χρωτὸς φαυών τέκνων et 1064. χρῶς est cutis sive superficies corporis; quae significatio et iis, quos modo attuli, et aliis, quos infra proferam, locis Nonnianis servari potest. At XVIII. 248. καὶ χροῦ μεσσατίᾳ διφυῆς ἀνεφαίνετο τύμφη. XIII. 208. Μυριάδονες πρὸν ἔστων μύρμηχες, εἰσόκεν αὐτῶν ἐκ χροός οὐτιδαινοῦ χαμαιγενὲς εἶδος ἀμειψίας φέροντον εἰς δέρματα ἄλλο μετέπλαστον ..... Ζεύς. (de qua fabula conf. Apollod. III. 12. 6. Ovid. Met. VII. 517. sq. Heyn. ad Apollod. p. 771. Köhler. comment. de Dionys. p. 36.) XXXII. 204. πληγεῖς ἵσχιον ἀκρούν, δηπτὸν χροός ἥλικι δεσμῶ ..... κοτύλῃ φύσις ἥρμοσσεν ἀξονα μηροῦ. (conf. Hom. Il. V. 305. sq.) M. Ev. Ioh. B. 102. Χρωτός τηρόν ἔσπεν ἐοῦ χροός: his igitur locis voce χρῶς *corpus* significari appetet. — Iam vero XXVIII. 48. χροός ἥψατο αἰχμῇ. 100. ἔγχος ἀθεεν ἔσω χροός. XXIX. 84. βέλος τρέπεν ἀπὸ χροός. (Hom. Il. IV. 130 sq.) 87. καὶ χροός ἀγριῶν ἔλκος ἐρευνομένου διὰ μηροῦ Τιμέναιος ἐδείκνυε ..... Βάσκω. XXXV. 58. τεοῦ χροός ἔλκος ἀφάσσων. nec minus XXI. 203. περὶ χροῦ δέρματα συνάψας. XLIV. 55. ἀφεννα κοσμήσας γυναικεῖν χρόᾳ πέπλῳ. XIV. 358. κατὰ χροός στικτὰ ..... ἐνεδύσατο δέρματα τεβρῶν. XLVI. 111. καὶ χροῦ ποικιλόντων πέπλουν ἐδύσατο. (conf. Soph. Trachin. 605. Eurip. Bacch. 776.) M. Ev. Ioh. Φ. 39. χρόᾳ πέπλῳ πεπύκαστο. Z. 68. Ὄμιχλη (Nox) χροῦ ποικιλόντων ἐπισφίγξασα χειῶνα. T. 9. καὶ μὲν ἀνεχλαίνωσαν ἐπὶ χροῦ πέπλῳ βάλλοντες (Eurip. Bacch. 785.) N. 19. καὶ χροός ..... ἀπέδηκε χειῶνας: manifestum est, Nonnum his locis vestigia Homeri et Euripidis legisse. — XLII. 79. οὐ χροός ἀντιτύποι διανυγεῖ μάρτυρι χαλκῷ μαυηῆς ἐγέλασσεν ἐς ἄπνουν εἶδος ὀπωπῆς: aeneum speculum dicit poeta formam corporis reddens. M. Ev. Ioh. Σ. 83. καὶ οἱ δέσοκελον εἶδος ἐμοῦ χροός αὐτίκα δείξω. Verba Evangelistae sunt καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἔμαυτόν: quae verba Nonnus ita explicavit, ut ambiguitatem verbi ἐμφανίζω

tolleret, de qua re vide de Wett. comment. Tom. I. P. 3. pag. 164. — Denique IV. 424. ἐνδαπίης δὲ Παλλάδος ὑβὸν ἀρστρον ἀτ' ὁγάδος εἰς χρόα σύρων ..... ἔπειτε  
ὄγμου ὀδόντων. Poeta narrat de dentibus draconis, quos Cadmus severit. Conf. Ovid.  
Met. III. 101. sqq. Cunaeus animadv. p. 68. χρόνα de conjectura dedit. Videtur, in-  
quit, τὴν γῆν et ὁγάδα dixisse ὄντων μετέντεντο, ut haec sit, quae diis sacra est, illa  
vero quaevis alia. Tum addit: elegans Graecismus esset ἀτ' ὁγάδος ἔφθασε σύρων,  
sed nusquam tam recte ἔλληπτίζει. Graefius χρόνα recepit, sed dubitat, an recte con-  
iecerit Cunaeus. Displacet eidem vox σύρων, cuius praesens cum seqq. parum conve-  
niat. χρόα ferri non posse patet. Participium σύρων a Nonno frequentatum me qui-  
dem non ita offendit. Quod propius, quam χρόνα, ad similitudinem depravatae scrip-  
turae accedat, nescio an non possit inveniri.

*μίτην* de etymo huius vocabuli vide H. Steph. Lexic. ed. Paris. Probabilius est,  
ductum illud esse a voce *μήτος*, ut *μίτη* quicquid ex filis contextum sit, significet.  
Apud Homerum est fascia, qua venter et ilia muniuntur: quod cingulum quale fuerit,  
satis cognitum est. Vid. interpret. ad Il. IV. 133. Atque is unus est apud Homerum  
huius vocis usus: apud recentiores scriptores latius patet. Vid. omnino Schönii com-  
ment. de pers. in Eurip. Bacch. habit. tragicō p. 14. et p. 136. sqq. Nonnus quemad-  
modum hoc vocabulo usus sit, his fere locis cernitur. Primum *μίτην* dixit cingulum,  
quo pars alvi inferior tegebatur. XXXVII. 670. in praemiis certaminis exponit *μί-*  
*την*: ἐτέρῳ δὲ Σῆκε πυκλάδα μίτην. item v. 699. Ἀχαιῶν χρυσαύγεα πούφισε μίτην.  
lamina aurea obductum cingulum dicit. XXXVIII. 294. Sol Phaethontem filium, prius-  
quam currum concenderet, ornavit cum aliis rebus, tum πυκλώσας στεφανηδόν ἐπ'  
ἴξιτι λευκάδα μίτην. XX. 106., quo loco poeta imitatus Homerum (Il. II. 22.) Bac-  
chum viso per quietem oblato ad capienda arma excitari facit, nomen Botryis praeter  
spem et expectationem illatum haud iniuria suspitionem movit Graefio. Nec locus  
sanatus erit, si pro nomine Botryis nomen Bacchi reposueris. Itaque, quae est opinio  
Graefii, nonnulla videntur excidisse. Est autem hoc loco *μίτη* militare illud cin-  
gulum. φαιδρὸν ἀλεχλαῖτην περοιήσατο φάρος ἀνάκτων, πατρῷην λαγόνεσσον βαλῶν  
ὑψηλορα μίτην. X. 10. Athamas furore captus cum in gregem saeviret, μίση τέρτα-  
ζει .... αἷγα λαβών. λίσσας δὲ παρ' ίξιτι πυκλάδα μίτην σφιγγομένη μάστιξ δέμας  
ψευδίμουνος Ίνους (cf. Soph. Ajax 65. 297.): itaque pro flagello cingulo usus Ino cae-  
debat. M. Ev. Ioh. Φ. 109. πουρίσων ἐτι, Ηὔτε, τετὴν ἐξώπουσα μίτην. Evangelista  
ἰξάντηνες σεαυτόν dixit; paullo obscurius. Vide comment. de Wettii ad h. I. Non-  
num sententiam verborum assecutum esse, ex iis, quae subiicit, appareat. Reddit enim  
verba ἄλλος σε ἡώσει hoc modo: καὶ σε περισφίγξουσιν ἀφειδέες ἀνέρες ἄλλοι. i. e.  
alii te cingent loris scil. seu catenis. N. 20. Iesus pedes discipulorum loturus ξόνες  
ἀπέρηκε χιτῶνας καὶ λενέην λαγόνεσσι νόσην ἐξώπατο μίτην, σφιγγέας σκληρόν σφα-  
σμά, τόπῃ φάτο τυμβίδας αὐδῇ λέντιον, ἵκματέσσο ποδός ἀλεπτίσιον ἀνδρῶν. Est igitur  
linteum. Λέντιον Etymol. Magn. duci vult a. v. λεισίνω. i. e. καθαίω, sed recte Sylbur-  
gius latinum ait esse vocabulum, non Graecum. Hesych. περίσωμα ἴσφατικόν: Suidas  
Λέντιον τὸ παρ' ἥμιν. Varia scriptura est Συμβεάς et τυμβεάς. Hartung. Συμβρίάς,  
quae conjectura dubito an nemini probetur, N. Passov. τυμβίας coniecit. At aliud

στονδάριον est, aliud linteum. — Deinde μίτρη est cingulum muliebre: sed saepenumero ad significandam virginitatem traducitur, ita ut λύεν μίτρην idem valeat, quod διαπαραγνενευεται. Conf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Iov. v. 21. XIV. 167. Bacchus virginali habitu indutus και οἵπερ ἄμμια κορεῖς (vide Jacobs ad Paul. Silent. Epigr. XVI. 1.), πορφυρέην λαγόντοις συνήριοις κυκλάδα μίτρην. Atque contempsit XX. 230. Bacchi μίτρη Σῆλης ἐπ' ἵξυι κυκλάδα appellatur. At de virginali zona XLVIII. 374. πάλιν δ' ἔνδυτης χιτώνα και καθαρὰς λαγόντοις τὸ δεύτερον ἥρμος μίτρην ἀχνυμένη. XXV. 249. μίτρη Ἰππολύτης ἐλαχεῖα. Detectat poeta illo loco certamina et virtutem Herculis, ut res a Baccho gestae herculeis laboribus anteponantur. Ceterum ζωτῆρα, quo tum ab Hercule spoliata est, Hippolyte, Amazonum regina, accepisse a Marte dicitur. Conf. omnino Heyn. ad Apollod. II. 5. 9. — Iam vero de cingulo, virginitatis servatae aut receptae indicio; VI. 260. Ἡχώ ..... ἀγχαίης φόβον ἀλλου διειβολεύη περὶ μίτρης. i. e. de virginitate metuit, ne, ut olim a Pane, ita tum a Neptuno tentaretur. VIII. 282. ἔνδα δὲ μίτρης λασσομένη (Semele) φλογόεντας ἑοὺς δέξατο φονῆς. Eod. libr. 214. μὴ κρύπτε τεῆς συλήτορα μίτρης. XLVIII. 818. και σὺ (Aura) πόσεν πίες οὖν ἡμῆς συλήτορα μίτρης. (conf. v. 876.). 448. Αὔρη ..... οὐκέτι παρθένος ἔσται ..... και μιν ἐσαδηγήσεις δακρυσι ..... διδυμομένην ἔτι μίτρην sc. receptam virginitatem lugebit Aura. 461. ἀμφὶ δὲ μίτρην παρθενικῆς (Auræ) ἐλέλιξεν ἴματσλην Ἀδηγότεια, insolentiam nimirum huius virginis punitura. 403. Ἀρτεμ ..... ἀξέσ σκορπίον ἀλλον, ποινήτορα μίτρης. i. e. virginitatis tentatae ab Orione. de scoropine Dianaes vindice vid. Schol. ad Arat. Ph. 322. extr. et interpret. ad Hyg. fab. 195. XLII. 119. φυλάσσον μὴ σέο μίτρην φευδαλέος λύσεις. (vid. Callim. h. in Iov. 21. et ad h. l. Meurs. Apoll. Rhod. I. 288. et schol. ad h. l. Bion. Europ. 75. 165.) 392. ἀφειδήσασα μίτρης ἀμφεπε Βάκχον. XVI. 268. ἀτρεμας ἀκρον ἐγύσσως δεσμούν ἀσυλήτοι φυλάκτορα λύσατο μίτρης. 351. εἶδε και αὐτήν μίτρην παρθενόην γαμίης πληθοῦσσαν ἐέρσην, postquam vis illata est. XII. 387. δὲ μέδης δεδουημένος οὔστρω παρθενικῆς ἀγάμιοιο σαφρονος ἥψατο μίτρης: σαφρων. i. e. casta, pudica. XXXVI. 67. ἀλλὸ και αὐτῆς λῆγε σαφρονέουσα σαφρονος εἴνεκα μίτρης. XL. 539. ὧν (παρθένων) ἐπὶ μίτρῃ Σεργίος Ἔρως κεχόλωτο. XXXIII. 369. ὑμετέρης γάρ φρουρὸν ἔχεις ὅφεν χρωστημάτι μίτρης, serpentibus enim ab omni attractatione defendebantur Bacchae. Graefius pro χρωστημάτι videtur maluisse repositum χρωστητορα. Nec iniuria ei vox χρωστημάτι suspecta erat. χρωστημα enim hoc uno loco apud Nonnum reperitur, χρωστητω autem frequens est. Conf. XIII. 409. XX. 76. XXI. 130. XLIV. 362. M. Ev. Ioh. Γ. 81. 161. E. 152. H. 90. ε. 98. Nec tamen quidquam mutatum malim. Ceterum eadem res commemoratur XV. 79. Ἰνδῶν τις Βάκχην ἀτάσθαλον εἰς γάμουν ἔλκων (i. e. vim ei illatus) σφίγξεν ὑπὲρ δαπέδιο, τανυσσάμενος δὲ κονίη χροστίν ..... ἀπεσφρηγίσσατο μίτρην, ἐλπίδι μαλιδή πεφρημένος. ἔξαπινης γάρ ὁρίστος εἴπε δράκων ὑποκόλπιος, ἵξυι γείτων, δυσμιένος δ' ἥξε κατ' αὐχένος, ἀμφὶ δὲ δευτῆρη οὐδαίας ἐλίκεσσιν ἀνέπλεκε κυκλάδα μίτρην, i. e. spiris teretem fasciam collo hostili circumdedit. — Deinde μίτρη strophium est sive fascia pectoralis, qua mulieres papillas obtegere earumque tumorem coercere solebant. XLVIII. 659. ἥρμος κυκλάδα μίτρην, στέρνα πάλιν σκιώσα. XLII. 452. πολυπλεκέεσσι δὲ δεσμοῖς μαξῶν κρυ-

πτομένων φθονερήν ἐπειμέμφετο μίτητην. I. 347. **Iupiter**: ἀπὸ στέρνοιο δὲ τύμφης (Eu-  
ropae) μάτηην πόστον ἐλυσε περίποχον, ὡς δέκων δὲ οἰδαλέην ἔθλεψεν ἀκαμπέος ἄν-  
τυγα μαζῶν. Cuius loci similissima sunt, quae leguntur XLII. 67. ὑσταμένης δέ (Be-  
roes) στῆθει χεῖρα πέλασσε δυσίμερον, ἀπρὶ δὲ μάτηης ὡς δέκων ἔθλεψε, Bacchus scil.  
XXX. 217. οὐδὲ ἐλέσαιεν περὶ στέρνοιον, ἵσον τροχοειδέη μήλῳ, μαζῶν (caesae Codonae  
bacchae) ίδων, ἀκαμπέα κέντορα μάτηης. **Morrheus** in hac re dissimillimus est Achillis  
apud Quint. Smyrn. I. 669.: is enim Penthesileae a se caesae formam contemplatus  
maximo dolore afficitur. V. 605. σφιγγομένην στέρνοιο σαόφρονα λύσατο μίτητην. XV.  
260. sq. ὄφρα με μαζῷ χιονέη πελάσσει σαόφρονος ἔκποδι μάτηης: itemque XLVIII. 654.  
I. 109. ὡς φαμένη πετάλουσι νόσην ποεῖστο μάτηην καὶ χλοερῆς ζωστῆρι κατέσκεπτην  
ἄντυγα μαζῶν. (Conf. Jacobs annot. ad Marc. Argent. epigr. XX. v. 4.) Ac simili  
modo μάτηη et ζωστῆρι vices alternant. V. 312. Ἀρτεμίς ἀρπάξασα σὺν εἶματι κυ-  
κλάδα μίτητην παρθενίης ζωστῆρι σαόφρονας ἔνκεπε μαζούς. XLVI. 112. στῆθει μιτηώ-  
σσας βασινήια κυκλάδι μίτητην. μίτητη dedit Graefius de conjectura pro τέχνῃ, quam  
scripturam Schoenius tuerit (vid. commentat. supra commemorat. p. 138.) provocans  
ad ea, quae leguntur XLIII. 270.; quem ipsum locum Graefius attulit: at rerum dis-  
crepanzia Graeium haud dubie movit, ut hoc loco vocem τέχνῃ expelleret. Strophium  
puto intelligi XXVI. 125., ubi Tectaphi filia pietate excellens (de ipsa re, quae hoc  
loco enarratur, vid. Köhl. comment. de Dionys. p. 59.) custodibus dicit: εἰ νόος ὑμῶν  
ἀπιστος, ἀμεμφέα λύσατο μίτητην. i. e. excutite sinum, ut videatis, nihil me attulisse,  
quo vita patris sustentaretur. XXXI. 201. κεστὸν ἀεράζουσα πόδου δελεῖφρονα μί-  
τητην et 271. δός μοι κεστὸν ἴμαντα, τεὴν πανθελγέα μίτητην. Imitatus est Nonnus  
Homerum II. XIV. 198. et 214.: ἦ καὶ ἀπὸ στῆθευφεν ἐλύσατο κεστὸν ἴμαντα, ποιε-  
λον. Nec ea, quae XXXII. 29. Nonnus dicit, καὶ λαγόνας στεφανηδὸν ἀγέρει δίσατο  
κεστῷ, dubitationem possunt afferre, quin apud Homerum strophium intelligatur. Vid.  
Heyn. Excurs. de Veneris cesto. Denique Hiems XI. 494. χιονέη στῆθει παχνίεντα  
κατέσκεπτε λευκᾶς μίτητην. — Tum μίτητη fasciam significat erinibus insertam (conf.  
Luc. Dial. XVIII.) XII. 154. καὶ οκολοῦν πλοκάμοιο λιπῶν ὀφιώδεα μίτητην στέμματα  
βοτρυόσυντα περιπλέξας σέο χάτη. Conf. Eurip. Bacch. 105. sqq. VII. 102. Bacchus  
ὡς στέφρος, ἕρπηστῆρα περὶ πλοκάμοιον ἐλίξας στήματ' ἐῆς νεότητος ἔχων ὀφιώδεα μί-  
τητην. vid. Schoen. comment. p. 108. sq. — Iam vero apud Nonnum quicquid cingit  
aliquam rem vel ei circumdatur, μίτητη dicitur. II. 249. πέξα Ὦκεανοῦ περιθάλλεται  
ἄντυγα κόσμου, ζωσαμένη στεφανηδὸν ὅλην χθόνα κυκλάδι μίτητη. M. Ev. Ioh. E.  
5.; ubi verba Evangelistae, κολυμβήσα τὸ ἐπιλεγομένην Βηθσαδὰ πέντε στοάς ἔχουσα,   
hoc modo reddit: τὴν δέ τις ἀσάμανθος πέντε ταυτοπλεύρουσιν ὑπὲ αἰδούσησι μελάσσου  
δαμαλέων ζωσθεῖσα λέων ὑφάντυγι μίτητη. XL. 318. Τύρος εἰν ἀλλὶ κεῖται, εἰς χθόνα  
μοιηθεῖσα, συναπτομένη δὲ διάλασση τρυχαδίαις λαγόνεσσι μίαν ξυνώσατο μίτητην.  
μιοράω apud Nonnum praeter hunc locum legitur XLVIII. 385. Νέμεσις τέτραχα μοι-  
ηθεῖσα διέρχεται ἔδρανα κόσμου. i. e. quadrifariam divisas mundi sedes seu regiones  
perlustrat. De Tyri situ vid. Strabo p. 757.: συνῆπται δὲ χώματι πρὸς τὴν ηπτιάν  
et Achill. Tat. II. 114. ἐρίζει δὲ περὶ ταύτης γῆς καὶ διάλασσα ceter. est autem opera  
pretium totum hunc locum cum Nonniano conferre. Quod sequitur vocabulum, λαγῶν,

explicavit Naekius (comment. adiecta indici schol. p. m. lib. 1836. hab. pag. 5.) Est autem τριχταδίαις λαγόνεσσοι dativus pendens ex verbo ξυράσσω. Conf. X. 313. XIII. 130. XXXIII. 268. XXXV. 135. XLIV. 100. M. Ev. Ioh. Δ. 159. ε. 3, quibus locis omnibus est activum positum, significans communicare aliquid cum aliquo. medium autem III. 385. XXXVI. 109. XL. 541. XLII. 13. M. Ev. Ioh. A. 143. aliis locis; significat autem fere idem, quod activum, communicare vel iungere aliquid cum aliqua re sive attribuere aliquid alicui. Sententia igitur illorum verborum est: Tyrus in mari quidem sita, sed eadem terrae continentis pars est: at, utpote cum mari connexa, unum cingulum tribus commune lateribus (tres portus dicit intelligi Movers. Tom. II. P. I. p. 114.) coniunxit (conf. v. 352.): itaque ex tribus partibus cincta est mari, nec tamen undique circumfusa, quippe cum una ex parte terrae continentis coniuncta sit. — II. 20. ἀλλα καλυπτομένου τεφέων σκιοειδές μέτρη — δόναξ σύγησε νομῆσος. Comparare licet Iuvén. XIV. 294.: nil fascia nigra minatur. XXXVII. 55. ὡν (ἴππων) ἀπὸ δημόνων ἀπαντα λαβών ἀμφὶ τέκυν στοργέσσας κυκλώσατο πίστα μέτρην. Hom. II. XXIII. 167. ἐκ δ' ὅρᾳ πάντων δημόνων ἔλων ἐκάλυψε τέκυν μεγάθυμος Ἀχιλλεὺς ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς: quem locum iam attulit Dan. Heinsius (diss. p. 189.), cui vehementer displicet insolentia verborum πίστα μέτρην. sed hactenus de hac voce.

v. 128. στέγνα κούρης. Pauca etiam de voce στέγνα. Homericam eam esse, constat. Atque apud Homerum singularis numerus pluribus locis, quam pluralis reperitur nec tamen pluralis non est positus, ubi de unius hominis pectore sermo est, velut II. XIII. 290. Nonnus quoque modo plurali, modo singulari numero utitur, velut VII. 263. στέγνα κούρης. XXI. 9. στέγνα Νύμφης. XXX. 216. περὶ (Καδώνης) στέγνοντο ..... μαζὸν ιδών (conf. Hom. II. IV. 528.). XLVIII. 352. διὰ στέγνων (Dianaes): at XXXV. 159. ἀπὸ στέγνου. XLV. 339. ἀμφὶ δὲ στέγνου. XL. 107. στέγνου δόλου. XXXII. 271. κατὰ λασίου (Homerus λάσιον στήσος vel κατὰ solet dicere). XLIII. 112. στέγνου μεσσατίου. XXVI. 252. κατὰ στέγνου. itemque XXXVI. 154. 209. XXVIII. 162. M. Ev. Ioh. Φ. 123. et his quidem locis de pectore humano: de equino autem XXXVII. 456. καὶ πόλιν ἵππειοι δί' αὐχένος ἔργεσσεν ιδρῶς καὶ λασίου στέγνου. conf. Hom. II. XXIII. 508. — Deinde στέγνα urbis dicuntur XLI. 29. ἤχι πόλις πιστίνει στέγνα Ποσειδάνιη. Conf. Ernest. ad Callim. h. in Del. v. 48. Recte tamen Hermannus negat στέγνα γῆς homericae locutioni οὐδεις δρούγης comparari posse: non ubera, sed pectus στέγνα dici. Itaque στέγνα γῆς sunt arva patentia (conf. Suid. s. h. v. et schol. ad Sophocl. Oed. Col. v. 687.), στέγνα πόλεως urbis ea pars, quae mare versus patet. Sunt, qui medias quasque partes rerum στέγνα dici putent, quippe cum in corpore humano hanc sedem pectus habeant.

καλύπτω. Vox frequens apud Homerum aliasque scriptores. Significat tegere, contegere. Dicitur de quovis corporis tegumento: XXVII. 210. δέριας θάρηκι καλύπτων. XX. 192. περδαλέως θάρηκι καλύπτετο: Iris, ut falleret, Martis formam et habitum induerat. XXVII. 207.: Graefius Cunaeum (animadv. p. 140.) secutus pro vulgata νεβρίδα χαλκοχίτων καθάψατε Δηριαδῆς, cum dativus Δηριαδ. non concinat accusativis θρασύν et περιπλεχθέντα, reponit νεβρίδι χαλκοχίτων καλύψατε Δηριαδῆς, expulsa voce καθάψατε, quae per se proba est (conf. XI. 61. 233.). Scaliger opinatus

est lacunam esse. Ceterum conf. Hom. II. X. 29. III. 141. — XXVI. 159. τρυφαλείη ἐκάλυπτε .... ἀντυγα κόροις. II. 379. πήληκες ἔσαν Τυφῶνι καλῶναι .... πρητᾶνι καλυπτομένων κεφαλάνι. Dein omnibus de armis, quibus corpus munitur. XXVIII. 59. μηκεδανῆ κεκάλυπτο καστηνήτοι βοείη. XXX. 51. ὅλον ἐκάλυπτε μαχητὴν, ἀσπίδε πυργώσας δέμιας ἀνέρος (conf. Hom. II. XVII. 128. et 132.). XVII. 266. οὐδὲ καλυπτομένου χρόος ἥψατο Βασιλίας αἰχμή, sc. corpus lorica tectum. XXXVII. 763. αἰδηρείῳ δὲ (δε enim pro τε scribendum esse, monuit Lehrs. quaestt. ep. p. 298.) χιτῶνι εἰς μέσου ἀρρώστοι δέμιας ἀμφα αἰχμητῆρες. Itaque καλύπτειν est omnino contegere, operire, circumdare: XV. 99. ὅπνον ἵστεις, νεθρίοι καλυπτομένη Διονύσου (conf. Hom. Odyss. I. 443.). II. 349. οὐ δύναται .... πόλος οὐτος ὅλον Τυφῶνα καλύψαι, hoc, quod nunc est coelum, non potest Typhonis vastitatem capere. V. 22. πρέα ὡρὰ διατρήξας ἐκαλύψατο δίξυνη δημη. (conf. Hom. Odyss. XVII. 241.) XXX. 93. Μορόεα δ' ἀρτάξας ζοφερῇ χλαίνωσεν διμέχλῃ, πορφυρή νεφέλῃ κεκαλυμένα γυῖα καλύψας. Hermannus reponi iussit κεκακωμενα: quae vox nusquam apud Nonnum reperitur. Nam M. Ev. Ioh. E. 6. κεκακωμένος Sylburgius de conjectura dedit. Vulgata est δῆτη γε κεκακωμένος vel δῆτη κεκακυμένος: utrumque est vitiosum. Vide Wernick. ad Tryph. v. 239. Fortasse βεβαθημένος ἀνήρ. conf. XXXVII. 544. ubi pro βεβαθημένον Graefius βεβαθημένον reposuit. Illo autem loco quin verba κεκαλυμένα .... καλύψας ferri non possint, haud dubium est. Evidem κεκαρφότα γυῖα καλύψας (cf. II. 539.: θερμὰ καταψύχων κεκαρφότα γυῖα κεραυνῷ. Opp. Halieut. III. 113. τανυσθείς κεῖται ἐπιτρέψας θανάτῳ κεκαρφότα γυῖα) et πορφυρής νεφέλης κεκαλυμένα γυῖα καλύπτεις (conf. II. 175. 502.) conieci, magis, ut tentarem locum, quam sperans fore, ut his meis opinionibus eum sanarem. — XXXII. 34. μετωπα καλύψατο πέπλῳ, i. e. velavit. M. Ev. Ioh. Δ. 171. καλυπτομένου προσώπου. I. 427. τί φάρεῖ χεῖρα καλύπτεις. XXXVIII. 83. ξέφος γημάδωντες καλυπτομένης φάσις ηὖς cet. Sententia est: nocte appetente lux diei absconditur: suborta rursus luce nox pellitur. XVII. 341. δάφνη (arbor) αἰδομένοις ἐνὶ φύλοις ἐκάλυπτε νέφος ἴων, μήτ μιν ἵδη βελέεσσιν διστευθεῖσαι Ἀπόλλων. Vulgata erat νέφος Ἰνδῶν. ἴων, quod Graefius dedit, Spitzner se conieccisse ait. Vid. de vers. Gr. her. p. 57. — Itaque καλύπτειν omnino est occultare, occulere et passivum καλύπτειν latere, delitescere. XLVI. 192. Νύμφαι Ἀμαδρυάδες με καλύψατε, μήτ με δαμάσῃ .... Ἀγαύη i. e. recipite me et occulite. — XV. 174. Νίκαια οὐδὲ μυχῷ καλύπτετο παρθενεῶνος. i. e. non in gynaeceo delitescere solebat. I. 148. αἰδέρος ἐντεα δῆκε μυχῷ κεκαλυμένα πέτρης, abscondita fulmina dicit. XXVI. 110. χρονιῷ κεκάλυπτο βυθῷ πεπεδημένος ἀνήρ, scil. in carcерem subterraneum coniectus. XXI. 335. ἐν ἀλσοῖς φρασίς Ἀρης .... χλοεροῖσι φυτῶν κεκάλυπτο κορυφίζοις (abditus latebat). XXXII. 262. ἐν δὲ κολώναις ἀντὶ μόσου κεκάλυπτο. XXVII. 116. λιμνέτω Ἰνδῷ κεκαλυμένος αἴδοπι κίστῃ. Erechtheus scil. dux Atheniensium, quem poeta narrat genus duxisse ab antiquo illo Erichthonio vel Erechtheo. (Vid. Heyn. ad Apoll. III. 14. 6. p. 837.). Eum in cistam absconditum Minerva Aglauro, Hersae et Pandroso, Cecropis filiabus, custodiendum tradidisse fertur. Conf. Ovid. Metam. II. 551. Illius igitur cistae barbarus rex ad irridendum Erechtheum mentionem infert. XII. 379. εἰ μή μιν φθαρείη (Νητε) βυθίῳ κεκάλυπτο φεδρῶψ, submersa scil. se in flumen

abdidit. itemque XII. 379. — I. 273. πόντιος ἀλυόεντι λέων ἐκαλύπτετο κόλπῳ. XXIII. 31. ἀνέτελε καλυπτομένην πιύχα μηροῦ, scil. in limo submersum femur. IX. 69. μῆδε ..... ἵδη κεκαλυμμένον. XXII. 110. εὐπετάλῳ παρὰ λόχιῃ ἀποιδῆ σκοπίαξε καλυπτόμενον λόχου ἀνδρῶν. Itaque καλύπτειν est obtegere, operire submergendo, obruendo; III. 216. Σιδονίης ἐκαλύπτετο νῆτα καλώνης. 307. χθὼν δὲ κεύθετο πᾶσα κατάφυτος, ἀκαὶ δὲ πέτης Θεσσαλίδος κεκαλύπτει. itemque 317.; superstagnante sc. aqua (conf. Hom. II. XII. 282.). XIII. 525. δῆμα λιπῶν ὅμβρῳ (aquis) κεκαλυμμένον. XXIII. 304. ὕδασιν αἰδήρος ἀστρα καλύψομεν. 291. ἥλιον πυρόεντα δόνω σιβεστῆρος καλύψω. II. 645. ἐπεσύμεναι (στροφάλιγγες ἀέλης) ὄλκάδας καλύψαι, scil. κύμασι. XVII. 299. ποταμός σε (νέκυν) καλύψε. Conf. eod. libro v. 77. φεέδρῳ κτεινομένους ἐκάλυψε. adde 178. XI. 455. XXXVIII. 68. XL. 122. XLIV. 165. 250. XXVII. 44. 104. XXXIX. 235. μέλαινα ὑδωρ ἐκάλυπτεν ..... σώματα νεκρῶν βέιθεῖ φυκίοντι. (Conf. Hom. II. XXI. 321. XXIII. 218.) Nec quidquam magis tritum, quam locutio γαῖα τινα καλύπτει. i. e. aliquis humatus seu mortuus est. IX. 74. Αὐτονόην δὲ θανόντι σύν νιστή γαῖα καλύψει. XII. 221. μορφὴν υμετέρην (tuam) ἡδεσσατο γαῖα καλύψαι. XXVII. 51. ἐμή δέ σε Γαῖα καλύψει. XXX. 206. παρὰ ξείνουσι χυτῇ κεκαλύπτο κονέῃ (conf. Hom. II. XIV. 114: qui versus a Zenodoto obelo notatus est. v. Lehrs. de Arist. stud. Homer. p. 109.) XLVI. 264. ἔργος, Κιθαιρώνι. ἀμφότερον δὲ νεφρὸν ἔχεις Πειθῆρα καὶ Ἀκταιώνα καλύπτεις. Translate καλύπτειν est condere, abscondere, obscurare. XI. 360. οὐ γάρ δέσσατε ὁ χρόνος οἴδεν ἔρωτα, καὶ εἰ μάζε πάντα καλύπτειν. Conf. Soph. Aiac. 637.: ἀποθέτο δὲ μακρός ..... χρόνος φύει ἀδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται. XXI. 147. Bacchus nocturnis facibus καλύπτει καὶ μεγάλην περ ἐσύσσων ἀπτίνα Σελήνης i. e. ἀμαρφοῦ, ἀφανίζει (vid. Musgrav. et Herm. ad Soph. Oed. Col. v. 283.) XLI. 256. Σελήνη πλησιωφαῖς ἀστρα καλύπτει. Sapph. reliqq. ἀπότερες μὲν ἀμφὶ καλάνι σελάναιν ἀψ ἀποκρύπτοσι φαενινὸν εἶδος, διπότ' ἀν πληθωσα μάλιστα λάμπῃ: quem locum iam Dillenburger ad Hor. C. I. 12. 48. attulit. M. Ev. Ioh. Δ. 169. δευτέρον οὐνομα δέξοι νεώτερον ..... ἐπανυμένην δὲ καλύψει πρεσβυτέρην. i. e. obscurabit sive oblivioni dabit. Denique figurate dictum est σιγῇ καλύπτειν, silentio tegere sive reticere. M. Ev. Ioh. Γ. 106. ἔργα, τόπερ τελέει, κρυφή κεκαλυμμένα σιγῇ. Pind. Nem. IX. 15. τετελεσμένον ἐσλόν μή καμαὶ σιγᾷ καλύψαι. Eurip. Hippolyt. 707. σιγῇ καλύψαδ' ἀνθαδ' εἰς τρούσατε. Horat. Carm. IV. 9. 29. paullum sepulta inertiae celata virtus. II. 15. ταῦτα δὲ μεծοτόκου κραδίης κεκαλυμμένα σιγῇ. II. 17. ἔργον ἀδηήτῳ κεκαλυμμένον ἀχλιΐ σιγῆς. B. 120. ἤδειν δσα φρενὸς ἐνδοθεν ἀντὶ εἶχεν, ἀκηρύκτῳ κεκαλυμμένα φάρει σιγῆς.

καταυγάζουσα δὲ λέματην. Apud Apollon. Rhod. IV. 1248., οὐκ ἀπόνευσε καταυγασσαντο (var. scir. κατηγγ.) βοτῆρα αὐλίον, significat spectare, itemque apud Antipatr. Sidon. Ep. LII. 2. καὶ τὸν ἐπ' Ἀλφαιῷ Ζανα κατηγγασάμων. Vox a recentioribus fere scriptoribus usurpata est. Apud Nonnum activum legitur praeter huius libri locum III. 58. ἡώς φάνη ἀντιπόθου οἴδιμα καταυγάζουσα δαλάσσοντος i. e. mare collustrans. VIII. 321. Semele Iovi, ἐνδεσον, inquit, εἶδος ἔχων ἐπὶ δέμιον ἔχει "Ηρης, ἀστεροποιης γαμήσοι καταυγάζουν σέο νύμφην. Iupiter enim suis insignibus ornatus Iunonis thalamum intrare solebat. Itaque Semele ait Iovis coniugem fulgure collustrari. XVIII. 157. αἰόλα

φέγγει λεπτῷ ὀστρα καταυγάζων ἐμελαίνετο δίχροος ἀτρός: stellae tenui luce micantes cum nocte appetente colluceant, poeta eas dicit crepusculi tempore illustrari. M. Ev. Ioh. A. 26. λόγος i. e. Christus πνευματικᾶς ἀκτίνης καταυγάζων φύσιν ἀνθρώπῳ. Verba Evangelistae sunt: ἦν τὸ φῶς τὸ ἀλητινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἀνθρώπου: quia scil. lumen veritatis menti humanae attulit. XXXVII. 535. Εὐδομέδων pugil certans cum Melisseo ἔκαμψεν ἀσχετοῦ ἡλίου μένων ἀντώπιον αἴγλην, ὅμμα καταυγάζοντος. i. e. in certamine solem adversum habuit, ut acies oculorum radiis eius praestringeretur. XLII. 73. χῶρον πάντας, ὅπη πόδα θῆκε παρθενική δόδοσιντι καταυγάζουσα πεδίλῳ aut αὐτόν, sc. χῶρον, intelligi voluit aut, id quod verisimilius est, καταυγή vi verbi neutrius posuit, ut resplendens significaret. M. Ev. Ioh. Θ. 5., ubi verba Evangelistae ἔξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς Nonnus hoc modo reddit: ἀλλὰ καταυγάσσειν ἔχων διάφραστον εἰν αὐτῷ ζωῆς ἀπλανός φάσις ἐμπεδον. Vitium scripturæ καταυγάζειν tolli debet. Coniectura καταυγήσει ἀνέχων nullo pacto ferenda est. καταυγάσσειν Nansius emendando restituit. IX. 104. καὶ Διὸς αὐτοβόητος ἀπαγγέλλοντα λοχεῖν, μαρμαριγῇ στελάγμεις καταυγάζουσα προσώπου. i. e. Bacchum Iovis esse filium, iubar ex ore resplendens arguit. XV. 163. γηδόστινος δὲ κούρου (Hymenaeum) ἐδόκετο Βάκχος τεύχεσιν ὑπιάλεωι καταυγάζοντα φορῆσ. i. e. iuvenem scuto fulgentem aureo, quo exuerat hostem. — Ex his igitur locis intelligitur, Nonnum hoc verbum ita usurpare, ut modo activi, modo neutrius verbi viam haberet. Media eius forma nusquam apud eum reperitur. Abstinuit idem poeta simplici verbo αὐγάζω et αὐγάζομαι: de quo vid. Jacobs ad Antip. Thess. Epigr. LXIII. 2. et Ellendt. lexic. Sophoc.

λίμνην. conf. paullo infra v. 408. πυκλάδες ἀρκτοὶ Ἔσπερίῃ παρὰ λίμνῃ ἀβροχον ἵχνος ἔλουσαν ἀγέστος Ωκεανοῦ. i. e. perturbato per Phaethontem rerum ordine Helice et Cynosura, metuentes aequore tingui i. e. nunquam occidere solitae, fluctibus Oceani immergebantur. λίμνη enim vox homérica lacum vel aquam stagnantem, dein fretum significat. Conf. Hom. II. XXIV. 79. et Odyss. III. 1. ubi haec vox varie explicata est. vid. Nitzsch annot. ad h. l. Voss. Epist. mytholog. LV. p. 160. sq. Vetus enarrator ac Suidas non dubitarunt, quin v. λίμνη mare et ipsius Oceani aquam significaret. Atque Nonnus XLI. 32. pisces ἀλτροφα πάνει λίμνης, maris greges vocat. XXXIII. 214. παρ' εὐύδρου στόμα λίμνης i. e. paludis. Denique lacum intelligi voluit. XIII. 65. Κύπας (conf. Hom. II. II. 501.) ...., ὅπη περίπινον ἀκούσια ἐγχελύων θεόπτειρων (de his verbis vid. Köhl. comm. de Dionys. p. 34.) ...., ἐπάνυμον εἰςέτι λίμνην. Copadem paludem dicit. VI. 253. ὑδρηλαί θύματρες ἀποσπάσεις Ωκεανοῦ (conf. Hom. II. XXI. 196.) λίμναι ἐκόνφιζοντο καὶ τέρει νέρτεον υδωρ προινοὶ ἀποντιστῆρες ἀνέβλυσον Ωκεανοῦ, tempore nimirum diluvii. Lacum Tiberiadis commemorat M. Ev. Ioann. Z. 86. ζαθέη παρὰ λίμνη. Φ. 21. ηδάδι λίμνη (i. e. ubi commorari solebat Christus) et 14 στόμα λίμνης ἀγχιστόσου ...., ἐπέπλεον.

v. 129. ἀργυρέων μαζῶν. Eodem modo XVII. 218. ἀργυρον ἀντυγα μαζοῦ. Reperitur enim duplex huius adiectivi forma, ἀργύρεος et ἀργυρος. Hom. II. XXIV. 621. Odyss. X. 85. ἀργυρα μῆλα νομεύειν. II. V. 230. Odyss. X. 543. ἀργύρεον φᾶσος. itemque II. XVIII. 50. Nereidum domus σπέος ἀργύρεον appellatur. Est autem ἀργύρεος splendidus, candidus, albus. Significationem et usum huius vocis diligenter

tissime exposuit Köchly ad Quint. Smyrn. I. 142. Et apud Nonnum quidem de vestitu dictum est XL. 107. ἀργυρέου χιτῶνος. XLVIII. 108. ἀργυρέως εἵματος, ubi varia scriptura ἀργυρέως: de qua varietate paullo infra dicemus. XL. 303. ἀργυροῦ Βαρύλωνίδος ἔργον Ἀράχνης sc. πέπλον: deinde de lacte: XIV. 420. οὐ γάλαγος αἰγῶν ἀργυροῦ. Tum vero de aliis rebus splendidibus. XLIV. 192. ἀρματος ἀργυροῦ κυβερνήτειος σελήνη. XL. 382. ἐγύόν ἀργυροῦ, de iugo currus, quo Sol vehitur. Conf. Orph. reliqq. VII. 12.: ἀργυρέως ἐνδιγυπτιον ἀπτίνεσσιν πέπλον φοιτίκεον i. e. splendidis radiis Solis. I. 186. αἰδέρος ἀργυροῦ αἴρητη. — De lebete vel pelvi XXXIII. 98. ἀργυροῦ ἐσμαραζόγητος λέβης ἐπινίκιον ἡχώ: de pulvere, IV. 345. ἀργυροῦτην κονίην. XVII. 206. ἀργυρέη κόνις. Denique de partibus corporis humani, ut latine dicitur candidus, nitidus, velut de humeris: X. 182. XVIII. 350. ἐπ' ἀργυρέων ὥμινων (conf. Quint. Smyrn. XII. 536.: ὥμινος ἀργυρέοις): de ore seu vultu: I. 527. ἐς ἀργυρα κύκλα προσώπου; de bacchae cervice: XXXIV. 209. ἀργυροῦ αὐχένα Βάσκης, omnino de membris seu corpore: οὐκέτι τῶν μελένων ἀμαρφωσεται ἀργυροῦ αἴρητη. Conf. Apoll. Rhod. IV. 1407. χεῖρας ἀργυρέας. — Ceterum saepè ἀργυρέος et ἀργυρέως inter se commutantur. Vide Wernicke ad Tryphiod. v. 73. Atque XLVIII. 110. varietas scripturæ est ἀργυρέος. idemque Schrad. ad Mus. p. 262. reponi voluit XXXVIII. 129. quod tamen, ut recte monuit Graefius, minime est necessarium. At XII. 312. ἀλλον δὲ ἀρτιχάρακτος ἐπέτρεψεν ὄμφακι παρπῆ βότρυος ἀργυρέοιο μέλας αὐτόσυντος ἀντὶ Köchly ad Quint. Smyrn. I. 142. reponi iubet ἀργυρέοιο: quae conjectura si non certa, admodum tamen probabilis est. Idem vir doctus X. 190. γισσομένου δὲ ἐκ ποδὸς ἀργυρέοιο pro ἀργυρέοιο scribendum censet. at adiectivum ἀργυρόπεζα facit, ut de hac conjectura dubitem. Minus etiam mihi probatur ἀγρια, quod Köchly coniecit XLVII. 109. Locus hic est: φιλακοῆτοις δὲ κυπέλλοις ἀργυρα ποφύροντο παρῆσα. Graefius ἀργυρα παρῆσα, inquit, de hominibus rusticis satis absurdum est: frustra tamen probabilem emendationem circumspicio. An ἀτρεμα ποφύροντο: sensim sensimque? Poterat ἔγχλοα, si pallorem exprimere volebat. Haec Graefius. ἀτρεμα vix erit cui probetur. ἔγχλοα commendationem habet sententiae: sed nimis a scripturæ similitudine discedit: propius foret ἀχροα. Nec ἀρσενα ..... παρῆσα placet i. e. αὐδῶν παρῆσα, etsi ἀρσενα κάρηνα poeta dixit XIV. 396. XXIX. 227 et I. 84. παρεντέντην πόρφυρα παρῆσα.

εὔκυκλος. i. e. pulchre orbiculatus vel rotundus, vox homERICA, in Iliade vocis ασπίδος, in Odyssea v. ἀπίμης epitheton. Nonnus idem tribuit scuto: XV. 149. εὔκυκλοι λαβῶν τελαιωνία βοσίης, itemque XLI. 169.: dein nervo seu chordæ arcus: XXII. 53. εὔκυκλον ἐπὶ αἰτελύσσοτο τινεγήν. (cf. Hom. II. IV. 124. τόξον κυκλοτοξές): sphærae: VI. 64. θεράπτων εὔκυκλον ἀείρας σφαιραν ἐλισσομένην, τύπον αἰδέρος ..... παρέτηκε: mensae: V. 133.: urnae vel situlae: III. 87. οἷα γυνὴ ..... ἀφυσσομένη πόμα γαύης, ἀργυροῦτην εὔκυκλον ἐκούφιος καλπιν ἀγοστῷ.: monili: XXXIII. 71. εὔκυκλον ἀείρας χρύσεσσον δριπον ἐθηκε: ori seu oculis: XXXII. 266. ἐχάξετο ..... Ἐρεχθεύς, ἐντροπαλιξομένην ταπύων εὔκυκλον ὀπαπήν. (ad imitationem Homeri II. XI. 547. haec composita esse, non est, quod moneam.) Deinde εὔκυκλον dicit orbem mammarum eo ipso loco, cui haec omnia adstruximus (conf. XLVIII. 115. τροχόσσουν ἵτων μα-

ζῶν.); astrorum motum ac conversionem: XXXVIII. 32. εὐκυκλον ἵππον δότρων. lunae orbem: XXVI. 109. ἀμυοφον ἡλίου καὶ εὐκύκλου σελήνης. Denique XXXIV. 42. μαρμαρυγὴν εὐκυκλον ἀκοντίζουσα σελήνη: ad splendorem lunae Nonnus transtulit, quod ipsius lunae est epitheton; plenā enim dicit lunam. conf. Horat. I. 12. 48.

Ἴππος φοινίσσετο μαξᾶν. De verbo φοινίσσειν dixi ad vers. 118. part. II. p. 13. Restat, ut, quos ibi praetermissi locos, eos nunc afferam. XXXIV. 277. καὶ ἡδάδος ἔκποδι μίτηντο λευκὸς ἐρευθιώντι χιτῶν φοινίσσετο μαξᾶ. XVI. 48. δάκτυλα φοινίσσοντα. XV. 225. ἐλευκαίνοντο δὲ μηροί, καὶ σφραγί φοινίσσοντο. de roseo vel purpureo colore membrorum dictum esse appetet. XLVII. 82. οὐ δόσις Ἰλισσοῖο χιτῶν φοινίσσεται ὀλκῶ. i. e. hic potus, vinum scilicet rubens, non ex Iliso haustus est, quippe qui fluvius puras aquas volvat (Plat. Phaedr. p. 229.) — XXI. 78. Γιγαρτώ μάστιχη δέμιας φοινίξει Δυκουνγού, ad sanguinem flagris cecidit. V. 377. πενθαλέοις δὲ ὄντεςστιν ἑας ἐχάραξε παρειὰς αἴματι φοινίξασα. — XVII. 329. λύθρῳ ἐφοινίσσοντο χιτῶνες μαρνάμενων, i. e. sanguine maculabantur. — XII. 322. δράκων πορφυρή δαδάμαγη (vino) φοινίξειν ὑπῆρην. sic Graefius et Moser. Malim legi hoc quoque loco φοινίξει, id quod Falkenburgius dedit. Ex iis quos attuli locis intelligitur, φοινίσσειν apud Nonnum positum esse et vi transitiva et more verbi neutrius; atque praeter praesens et imperfectum passivi reperiri aoristum act. med. et pass. et participium praesentis activi.

μαξόν. Homerus plerumque virilis pectoris eam partem, in qua papilla cernitur, μαξόν dicit: paucis admodum locis mammam muliebrem. Nonnus contra de virorum mamilla raro: at de mamma muliebri permultis locis vocem μαξόν usurpavit. XXII. 325. ἴος .... δασυστέροντο κατέγραφεν ἀντυγα μαξοῦ, virilis. Item XXVIII. 99. αἰχμητὴν δὲ Σεβητα βαλῶν ὑπέρ ἀντυγα μαξοῦ. 215. γλωχῖνι τετυμένος ἀντυγα μαξοῦ. De muliebri autem mamma. V. 378. παιδοκόλιμων φερέσβιον ἀντυγα μαξᾶν. XLVIII. 660. καὶ ἡδάδος ἵχνα μαξοῦ παρθενίῳ ζωστῆρι μάτην ἐσφίγγετο δεσμῷ. Aura expergefacta ex somno cum se vitiatam animadvertisset, nudatas corporis partes pudibunda velavit. Pro δεσμῷ Graefius reposuit δεσμῶν nec tamen negavit, id sibi ipsi minus probari; quapropter coniecit παρθενίῳ ζωστῆρι — δεσμῶν et παρθενίῃ σωτῆρι — δεσμῷ: altera conjectura, sive δεσμῶν sive παρθενίῳ vel παρθενίᾳ scribitur, non placet: altera concinna quidem est, sed fortasse paullo audacior. Mihi voces παρθενίῳ ζωστῆρι sanae videntur esse (conf. V. 313. XIV. 166.): δεσμῶν quomodo expediri possit, non video. Mihi nescio quo pacto verba ἡδάδος ἵχνα μαξοῦ suspecta sunt. In mentem venit coniicere: ἡδάδος ἥλικι μαξοῦ παρθ. ζωστ. μ. ἐσφ. δεσμῷ. i. e. μάτην ἐσφ. ἡδ. μαξ. ἥλ. δεσμῷ, παρθενίῳ ζ., ita ut voces παρθ. ζωστ. per ephexesin adiectae essent. Haesitans omnia tentavi: sed nequicquam. XXXIV. 278. λευκὸς ἐρευθιώντι χιτῶν φοινίσσετο μαξᾶ. XV. 33. ινυθην ..... δοδόεντι πελαζομένην σέο μαξᾶ δοκεύων. IX. 317. μήτηρ (filiam) ἐγερε πίονι μαξᾶ. III. 397. πίονις ..... ἐκμάδι μαξοῦ: de ubertate lactis. XXVI. 137. ἀλεξικάκων μαξᾶν γάλα: narrat poeta de Tectaphi filia, de cuius pietate iam supra diximus. Eandem rem tetigit eod. libr. 103. δολόεντος ἀμέληγετο χεύματα μαξοῦ et 142. μαξόν ἀλεξικάκου δολοπλόκον ἦνεστο κοίτης. δολόεντ. et δολοπλ. dicit, quia Tectaphi filia astu effecit, ut patrem conveniret. XXXVIII. 112. Κλυμένην Τηδύε (mater) διερῷ μαώσατο μαξᾶ. De voce διερῷ diximus ad v. 112.

XLVIII. 862. Ἀρτεμις οὐ τρέφεν νίέα μαζῷ. 956. Παλλάς μαζὸν ὅρεξ, τὸν ἔσπασ  
μοῦνος Ἐρεχθεύς. Call. hymn. in Del. 274.: ὁ δὲ γλυκὺν ἔσπαστο μαζὸν. XXXV. 173.  
μαζὸς, inquit Venus, ἀκοντίζει πλέον ἔγχος. XLVIII. 369. μαζοὶ αὐτόματοι κήρυκες  
ἀσυλήτους κορεῖη. i. ex mammaram habitu de virginitate facile coniici potest. XXV.  
490. τικτομένῳ δέ οἱ ἦν "Ἐρις τροφός, ἔγχεια δ' αὐτῷ μαζὸς ἔη. de Damasene, terrae  
filio, immanni monstro, poeta narrat. Lehrsius ad tollendum hiatum quaestt. epic. p.  
265. legi iubet: τ. δ' "Ἐρις ἦν, "Ἐρις τροφός cet. At geminatio vocis "Ἐρις an hoc  
loco satis apta sit, dubito. fortasse ἔσκε δὲ τικτομένῳ μὲν "Ἐρις τροφός, ἔγχ. δ' αὐτῷ  
cet. XLVIII. 906. μὴ βριαρὸν τεκέσσοιν ἐμόν ποτε μαζὸν ὀπάσσω, inquit Aura. 950.  
καὶ ἀκροτάτης ἀπὸ θηλῆς παιδοκόμιων θλίβουσα φρεσέβιον. conf. XXXV. 302. — XLVIII. 859. νίέσι μα-  
ζὸν ὅρεξον ἀνθεα, παρθένος μῆτρο (vel, ut Struvius monet, μήτηρ). adde eod. libr. 817.  
— I. 346. XII. 393. οἰδαλέην ..... ἀκαμπτός ἄντυγα μαζοῦ. de virginē Europa sermo  
est. XXX. 217. Morpheus interfecit Codonen virginem — οὐδὲ περὶ στέγνοισιν ἵσουν  
τροχοειδέα μήλω μαζὸν ίδων ἐλέαιρεν, ἀκαμπτία κέντορα μίτρης. XLVII. 189. Erigone  
πενταλέοις ὄνυχέσσοις ἀκαμπτέας ἔξεστο μαζούς. Vulgata est μυρούς. Falkenb. μηρούς  
Wakefield. et Graefius μαζούς coniecerunt. VII. 331. ἀκλινέων τροχόεσσαν ἵτυν μι-  
τρώσατο μαζῶν. XLVIII. 115. ἐγενδιώντι δέ δεσμῷ ἀκλινέων τροχόεσσαν ἵτυν μιτρώ-  
σατο μαζῶν. XXXIV. 280. διὰ πέπλου λεπταλέου σφριγόνωσαν ἵτυν τεκμαίρετο μαζοῦ.  
his epithetis naturam significat mammarum turgentium. I. 530. ἀλλοτε μίτρῃ σφριγγο-  
μένην ὁδόσεντος ἵτυν μαζοῦ δοκεύει. XXIV. 185. ἀμοιβαίησι δὲ φίταις τυπτομένων  
παλάμησιν ἵτυν φοινίσσετο μαζῶν αἴμοβαφής. atque hoc ipso loco εὐκυκλος ἵτυς φοι-  
νίσσετο μαζῶν. XLVIII. 367. πᾶς σέο μαζοὶ οὐ τενα κύκλου ἔχουσι περίτροχον. eod. libr.  
365. μαζούς ὄμφακας, οἰδαίνοντας, ἀθηλέας et 353. θῆλυν ἔχεις Παφίης, οὐκ ἀρσενα  
μαζῶν Ἀθήνης. his verbis Aura Dianam incessit. De voce ὄμφαξ et ἀθηλῆς vid. Wernick.  
ad Tryphiod. v. 34. et Lobeck. ad Phrynic. p. 536. ὄμφαξ adiectivum propri  
de immaturis cum aliis fructibus tum uvis dicitur, improprie de puellis teneris necdum  
maturis. Inde ad virginum mamillas translatum est. οἰδαίνοντες sunt mammae turgidae,  
quales robustiorum puellarum solent esse. ἀθηλέας autem recte Wernickius mammas  
dicit vocari, quarum papillae nondum emerserint. Ceterum ὄμφαξ adiectivum μαζοῖς  
adiectum reperitur I. 71. XLVIII. 957. μαζὸν αὐτοχύτῳ στάζοντα νόδον γλάγος ὄμ-  
φακι μαζῷ. Graefius aut negligenter scrisse Nonnum censet aut emendandum putat  
ὄμφακι θηλῇ vel αὐτόχυτον γλάγος ..... ὄμφακι μήλῳ. Alterum mihi magis probatur.  
— XIII. 174. τὸν παρθένος (Minerva) ἀνέτρεψεν ἀρσενι μαζῷ. (conf. XXVII. 114 et  
323. κούρη σὸν σπόρου αὐτοτέλεοτον, Erechtheum scil., ἀνέτρεψεν ἀρσενι μαζῷ et XXIX.  
338.) — XLVIII. 807. θῆλυ γάλα στάζουσα λεχαῖσιν ἀρσενι μαζῷ (Diana). XXVI. 53.  
in insula Graearum παῖδες ἐγήμονος ἀντὶ τεκουόης ἀρσενι μαζὸν ἔχουσι γαλακτοφό-  
ρου γενετῆρος. Astraea autem Βερόην ἐννομα παππάζουσαν ἀνέτρεψεν ἔμφρον μαζῷ,  
ita ut Beroe cum lacte nutricis simul legum scientiam sugeret. — De uberibus bestia-  
rum. XIV. 77. αἰγέιν γάλα μαζῶν. XVII. 78. ἀγριτόκων γάλα μαζῶν θλιβομείνων χο-  
νάδες ἱκμάδες αἰγῶν ἀνέρας οὐ τέρπουσι. XXVIII. 318. Ζῆνα ..... αἵξ ἴερῃ γλαγόσεντι  
νόδῳ μιαύσατο μαζῷ. Callim. h. in Iov. 48. σὺ δὲ ἐθῆσα πίονα μαζὸν αἰγός Ἄμαλ-

**Σείης.** XLVIII. 913. prolem Aurae et Bacchi πόρθαλις ἀμιθόσοις δέμας λόχιαδσα γενίοις ἔμφρονα μαξὸν ἔχουσα σοφῷ μαιώσατο μαξῷ. Ouvaroff. haud iniuria offensus repetita voce μαξὸς legi voluit aut σοφῷ μαιώσατο θεομάξ αυτὸν ἔμφρονα θυμὸν ἔχουσα. Simile quid vidimus supra (XLVIII. 957.) at hoc loco etiam putidior est eiusdem vocis repetitio. I. 312. ἔμφρονι θυμῷ θρασὺς πᾶλος. XIII. 442. ἔμφρονα θυμὸν ἔχων δελφῖς. XLVII. 144. ἔμφρονα θυμὸν ἔχουτες homines dicuntur, qui ebrietate effferati, postquam crapulam discusserunt, resipiscunt. XLI. 215. Αστραίη Βερόην ἀνέτρεψε ἔμφρονι μαξῷ. Epitheton σοφός tribuitur lacti Amaltheae XXVIII. 319. Per multis autem locis Nonnus dixit: μαιώσατο κόλπῳ. III. 394. μαιώσατο θηλῇ. Itaque fortasse legendum: ἔμφρ. μαξὸν ἔχ. σοφῷ μαιώσατο κόλπῳ. Nec tamen conjectura ἔμφρ. θυμὸν ἔχ. minus mihi probatur. Ceterum quanto elegantius Livianum illud: I. 4. lupam submissas infantibus adeo mitem mammas praebuisse, ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit. Pro eo ipso, qui lacte enutritus est, μαξούς poeta posuit: XLVI. 203. φέδο σῆς ὠδῖνος, φέδος μαξῶν. i. e. parce vitae eius, quem et peperisti et lacte tuo nutrivi. XXVII. 490. ρήτηρ ἐκτενεῖ νῦν καὶ οὐ πόδος ἐπλεπει μαξῶν παιδοκόρων.

Denique μαξός rupis seu collis vocatur ea pars, ex qua ad similitudinem mammae liquor funditur. XXII. 19. ἡρευθώντι μαξῷ οἴνον ἐρευγόλεινη κρανιὴ πορφύρετο πέτη, γλεῦκος ἀμισχεύτοι διαβλήζουσα κολάνης ἡδυπότοις λιβάδεσσοιν. i. e. rupes copiam vini tulit: tantum potuit praesentia Bacchi, qui ubi incedit, lac, vinum, mella fluunt. conf. Eurip. Bacch. 147. Hor. Carm. II. 19. 10. — XLI. 124. πέτη δ' ἀφριώσατ, θυάδεος ἔγκυος οἴνου, πορφύρεην ὠδῖνα χαραδραίψ τέκε μαξῷ. XLVIII. 576. Bacchus thyrso terram percudit: διχαζομένη δὲ κολάνη αὐτομάτην ὠδίαις μεθην εὐάδει μαξῷ χεύματι πορφύρουτ. εὐάδεις pro εὐάδιν, quod contra metrum est, reposuerunt Dorvill. ad Char. p. 680. et Rhodomann., quos secutus est Spitzner de vers. her. p. 85.

Restat, ut corrigam errorem, qui est part. II. p. 10. Pro Λαομέδεα legendum Λαοδαμία. Error natus est vitio exempli Graefiani. In libro Hanov. est Λαοδαμίης. Vid. Kehler. comment. p. 15. annot. 2.